

De iurante soluere pecuniam mutuam.

conditiones & qualitates alium debet intelligi, & que dicantur naturalia & accidentalia cuiuscunque actus.

- 4. Resoluitur grandis difficultas aduersus l. fin. C. de non num. pecun. oblat.
- 5. In casu d. l. fin. defecit consensus, ideo iuramentum ibi non confirmat actum.
- 6. Dicta l. fin. procedit etiam artem iure Canonico.
- 7. Absolutio sine relaxatio iuramenti non est necessaria in casu d. l. fin. C. de non num. pecun.
- 8. Iuramentum appositum super receptione pecunie mutuo recepta tollit exceptionem non num. pec.
- 9. Olim & hodie an possit vel possit renuntiare exceptioni non numerate pecun.
- 10. Renuntiare potest cum iuramento exceptioni non numerate pecunia.
- 11. Iuramentum de non expellendo conductorem a locatione durante tempore locationis, intelligitur nisi in solutione cessauerit eo tempore, quo si deficiente iuramento cessasset, possit expelli durante dicto tempore.
- 12. Dolus dani causam contractui bona fidei reddit illum ipso iure nullum, etiamsi contractus sit iuratus.
- 13. Committens se arbitrio alterius, etiam cum iuramento intelligitur, si aq. arbitratus fuerit.
- 14. Arbitrator licet possit ledere partem, non tamen id potest immo dicere.
- 15. Offendens committens se arbitrio & iudicio offensis, si ledatur, reducit iudicium offensis ad arbitrium boni viri.
- 16. Promittens stare dicto vel iuramento alterius de expensis vel interesse, si ledatur ex dicto vel iuramento illius, potest petere reductionem eius ad arbitrium boni viri.
- 17. Iuramentum adiectum renuntiationi reductionis ad arbitrium boni viri habet tacitam conditionem, si aq. arbitratus fuerit, quod procedit etiamsi adiecta sit pena & dictum in compromisso, sine aq. sue inique, &c. & quod possit de iure vniuersi dare alteri, num. 18.
- 18. Potestas tam late nunquam dari potest arbitratoribus, etiam cum plenissima renuntiatione, quin interueniente maxima lesione possit peti reductio ad arbitrium boni viri, quo casu sufficit probare p. ad. lesionem ex actis, vel quod arbitrator fuit in lata culpa, num. 20.
- 21. Renuntiare reductioni ad arbitrium boni viri, an valeat & an possit renuntiare enormiori & enormissima lesio?
- 22. Magna quantitas in proposito qua dicatur, ad hoc, ut possit peti reductio ad arbitrium boni viri.
- 23. Cautele tradita a Doct. ad hoc, quod non possit peti reductio ad arbitrium boni viri, an sint vera.
- 24. L. 3. tit. 26. lib. 8. noua recop. Regia intellectus.
- 25. Iurans stare sententia alicuius potest appellare ab ea, si in ipsa grauat.
- 26. Pactum iuratum de non agendo de nullitate, non tollit quin possit agi de nullitate sententia arbitri excedentis formam compromissi.
- 27. Approbato arbitramento, an possit agi remedio, l. secund. C. de rescind. venditione aduersus id.
- 28. Promissio facta hoc modo, Promitto soluere quicquid Titium confiterit debere, an obliget etiamsi in vita Titij liquidatio non fiat, si postea fieri potest.

Iurans ꝑ soluere pecuniam sibi mutuam, poterit opponere intra biennium exceptionem non numerate pecunie, quia iuramentum hoc casu habet tacitam conditionem, si numeretur pecunia. Ita probat text. in l. fin. C. de non numerat. pecun. cuius verba sunt hæc. Indubitati iuris est, non numerata pecunia exceptionem locum habere, & in tabulis nominibus vel funerariis, vel aliis cautionibus, que etiam sacramenti habent mentionem. Qua enim differentia est in huiusmodi exceptione, sine iurandam positum est, sine non, tam in funerariis quam in aliis instrumentis, que talem exceptionem recipiunt? Quæ lex licet non aperiat, super quo interpositum fuit iuramentum in casu ipsius, intelligi tamen debet, secundum gloss. ibi, quod fuit appositum super reddenda pecunia, quam debitor confitetur se mutuo recepisse, & ita tenent ibi communiter Doctores, & est communis opinio, vt plures allegans dicit Menchac. de success. creatio. paragr. 9. numer. 19. Et probatur hæc communis opinio in leg. 27. in vers. otro si dezimos, titul. 11. par. 3. que ita se habet, Otro si dezimos, que demandando alguno emprestido a otro, si iurare ante que lo reciba, que lo pagara, a fincia, que se lo dara a quel a quien el lo demanda, si no gelo diere, no es tenido de lo cumbir. Cabien deuenos emender, que tal fue su intencion del que iuro que lo pagaria a aquel plazo, si gelo diessen. De quo etiam infra dicitur hoc cap. Et procedit etiam hoc in dotis causa, secundum Anton. Gomez, in l. 53. Taur. num. 52.

Cuius ꝑ decisionis ratio est, quia cum in ipso contractu simpliciter confessionis numerata pecunie & obligationis & reddendum factæ absque iuramento intelligatur conditio illa, si pecunia numerata sit, quia debitor id confitetur, & se obligat spe future numerationis, vt in d. l. Regia expresse probatur, & ita infra biennium competit exceptio non numerate pecunie, qua apposita transfertur onus probandi numeratam fuisse pecuniam in creditorem, vt in princip. Instit. de liter. obla. & in toto titul. C. de non numer. pecun. & in l. 9. tit. 1. par. 5. Eadem conditio intelligi merito debet in ipso iuramento super illo contractu mutui interposito, quia iuramentum regulatur secundum naturam contractus, super quo interponitur & ipsam fortitur, vt in dict. leg. fin. que communiter per Doct. ibi & alibi sapissime ad hoc notatur & quotidie allegatur, & allegant plurimi relati per Tiraqu. de consuet. possess. 3. parte, limitatione 7. numer. 35. & in prefatione l. si vquam, numer. 165. Cod. de reuocand. donat. & per Mexiam in l. Regia Tolenti in septimo fundamento secunda partis, num. 21. vbi num. 35. ex hoc infert cum Innocent. & aliis, quod iuramentum simpliciter præstitum in materia de sui natura alternatiua, debet etiam intelligi alternatiue, vt principale, super quo interponitur, & ibi aliud factis singulariter infert. Ad idem etiam allegatur textus in cap. quemadmodum, de iur. iurand. vbi qui iurat aliquam in vxorem se ducturum, non tenetur eam vxorem ducere, si post hæc promissionem ipsa fuerit fornicata, quia proprium est

est promissioni sponsalitie, quod sponsa non fornicat: igitur iuramentum non mutat hanc propriam huius actus naturam. Idem etiam probat text. in l. vltim. ff. de liber. caus. & in l. fin. Cod. qui falsular. cogat. Testatur communem plures allegans Anton. Gabriel. libr. 2. commun. opinion. conclus. 10. de iur. iurand. pag. 121. & sequ. vbi quinque limitationes congerit.

3. Ex quibus ꝑ iuribus hæc est communis & recepta sententia Doctorum, quod iuramentum allumit naturam actus primordiale, non vero accidentale, quia accidentalis plerumque mutatur propter vim & virtutem iuramenti, vt tradit plures referens Roland. à Valle consil. 6. num. 37. lib. 1. & Couart. de pact. in 6. l. part. paragr. 4. in princip. numer. 1. vbi etiam dicit, quod iuramentum est intelligendum secundum naturam, conditiones & qualitates, quas actus cui accessit ab exordio & proprietate eiusdem, per l. Canoniam & Ciuilem consequitur, & Mexia vbi supra, numer. 21. & 22. Et quod, secundum Bald. in l. 1. col. 1. C. commodar. ea dicuntur naturalia cuiuscunque actus, que procedant virtute quadam ab initio à propria rei specie, accidentalia vero, ea que veniunt accidentaliter, quod tribus rationibus contingit, ratione scilicet. mora, culpæ vel conuentionis. Pro quo est bonus text. in leg. pacta conuenerat, ff. de contrahend. emp. & in leg. item venimus, §. cum prædiximus, & ibi gloss. ff. de petit. hered. secundum quod est cognoscendum, quando iuramentum actui additur sortitur vel non sortitur ipsius actus naturam. Et plures casus, in quibus in iuramento intelligitur excepta aliqua conditio vel qualitas, secundum ipsum contractum, cui additur, refert in præfati Bald. qui est videndus quoties opus fuerit: & latius Marcus Anton. Bouterius in tractatu de virtut. & viribus iurament. effect. 72. numer. 124. & sequentibus, volum. 5. tractat. diuers. Doctor. folio 25. Et quod iuramentum sortitur contractus naturam principalem & naturalem, & non accidentalem, que prouenit contractui ex mora, vt in dict. paragr. cum prædiximus, tenet etiam D. Hieronymus Zaneti in tractatu de differentiis viriisque iur. differentia 67. num. 125. volum. 1. tractat. fol. 179. & Aymon. Crauet. consil. 102. numer. 7. vbi etiam tenet, quod qualitas que requiritur ad validandum, non intelligitur repetita in iuramento, quia per solum iuramentum validatur actus, vt ibi exemplificat. Imo quod magis est, iurans aliquam capere in vxorem, alio non expetito, intelligitur mediante rebo congrua, vt cum Iaf. Lanceloto & Palat. Rub. concludit Sylua nupt. in prima concl. num. 46. volum. 6. tract. fol. 18. addit Palatius Rub. in repetition. cap. per vestras, 3. notab. §. 2. n. 4. hoc maxime procedere, si pater mandaret filiam nupti tradere vel consentiret,

4. Sed contra ꝑ text. in dict. l. fin. cum similibus, C. de non numer. pecun. & aduersus supradict. veram & receptam sententiam, que habet quod iuramentum sortitur naturam primordiale actus, cui adicitur, adfunt quam plura iura & Doctorum receptissimæ alie sententia, que hic allegare superfluum esset, præcipue cum in hoc tractatu supra multa adducta sint, & alia adducuntur in sequentibus capitulis, quibus probatur, iuramentum regulariter alterate naturam contractus, & actus super quo interponitur. Itaque si contractus vel actus est alias nullus, vel à lege prohibitus vel reuocabilis de sui natura, per

apportionem iuramenti efficitur validus, licitus, & irrevocabilis, adeo vt nullo modo contraveniri queat, & sit omnino seruandum iuramentum regulariter, quia ipsum tribuit vires & robur actui inualido. Igitur ita & eodem modo in proposito videtur dicendum, quod iuramentum nullo modo sequatur naturam obligationis literarum, nec in illo tacita conditio subintelligatur, que in feuerariis cautionibus inest, scilicet si pecunia numeretur, cum iuramentum sit omnino seruandum, cum possit in proposito absque interitu salutis æternæ, & sine dispendio tertij seruari: argumento text. in dict. capit. quamuis pactum, cum similibus de pact. in 6. præcipue, quia ratione perituri euitandi promittens soluere vltus cum iuramento, quas quidem soluere alias non tenebatur, licet promississet, quia non recepit eas, sed tantum fortem principalem tenetur eis soluere, & sic adimplere iuramentum, & eo per solutionem impleto, statim potest eas reperere, vt sunt iura expressa in cap. 1. & in cap. debitores, de iur. iurand. Igitur ita in proposito videtur dicendum, quod iurans soluere pecuniam, quam mutuo confitetur recepisse, licet eam non receperit, non possit excipere de non numerata pecunia, quia videtur id allegando periculum perituri incurrere, sed quod teneatur soluere sicut iurauit, & adimplere iuramento per solutionem possit statim pecuniam solutas petere, quia sibi non fuerunt numeratæ & spe futura numerationis confessus fuit, re recepisse & iurauit reddere, quid dicendum? Certe ingens est hæc difficultas, & inuenio, quod Iaf. in leg. si pecuniam, numer. 25. digestis de condit. causat. caus. non fecit, & idem Iaf. in l. si conuenierit, volum. 2. digestis de iurisdiction. omn. iudi. sentiens has difficultates, tenet esse casum speciale in dict. l. fin. Cod. de non numer. pecun. vbi iuramentum sortitur naturam actus super quo interponitur, & regulam esse in contrarium, scilicet quod iuramentum non debeat restringi secundum naturam actus super quo interponitur, sed quod semper addit actui & ei robur virtute præter plurius modis, quos ibi ipse adducit: cuius opinionem sequuntur alij quos refert Roland. à Valle consil. 8. num. 38. & iterum consil. 77. numer. 21. libr. 1. & consil. 70. numer. 26. & sequent. libr. 2. Imo in propriis terminis d. l. fin. C. de non numer. pecun. 6. ver. quid tenendum, dicentem, quod d. l. fin. procedit de iure ciuili, quo iure per interuentum iuramenti actus veteris non soluitur, vt in l. non dubium, C. de legib. & in l. si quis ingulmos, §. fin. digestis de legat. 1. Sed de iure Canonico inquit, quod cum perituum summopere vel etiam periculum perituri vitandum est, vt in iuribus supra allegatis, si iurauit me soluturum pecuniam mutuam, non potero opponere exceptionem non numerate pecunie, argumento l. cum pater, §. filius matrem, ff. de legat. 2. vbi iuramentum facit actum valere meliori modo quo potest: imo amplius sentit Menchac. vbi supra, quod nec etiam post solutionem possim opponere exceptionem non numerate pecunie, & respondet ad d. cap. debitores, quod ibi iurauit me soluere vltus, que indubitate sunt indubitæ, hic autem iurauit me soluturum pecuniam mutuum, quam certum non est numeratam non fuisse.

His tamen omnibus ꝑ non obstantibus tenenda est supradict. communis & recepta sententia

probata in dicit. l. fin. C. de non numerat. pecun. & in tribus similibus supra allegatis, scilicet, quod iuramentum sortiatur naturam actus primordiallem & non accidentalem, & quod hoc sit regulare in omnibus casibus & non speciale in dicit. l. fin. Cui receptissimè & verè sententiæ non obstant supra dict. omnia, neque quæ infra dicentur, & allegata per sal. ubi supra & sequaces, in quibus iuramentum alterat naturam contractus sine actus, super quo interponitur, & ei additur robur & virtutem, quia his respondendum est. Primo, quod procedunt & loquuntur in iis, quæ non sunt de natura primordiallem actus, sed accidentali tantum, quo casu secundum supradictam communem distinctionem & resolutionem iuramentum bene præstat robur, & firmitatem actui alias inualido vel reuocabili, vt potest videri in exemplis assignatis per Doctores, habèdo semper præ oculis distinctionem Bald. supr. positam, ad sciendum, quæ dicantur naturalia & accidentalia cuiuscunque actus. Et ita est intelligenda opinio Iason. ubi supra, & sequacium, secundum hanc distinctionem communem, dum existimat regulariter iuramentum non sortiri naturam actus, sed eam alterare, nam intelligi debet respectu naturæ accidentalis actus, non vero primordiallem: ita huic difficultati respondit Rolandus à Valle dicit. consil. 6. num. 37. & Couatr. ubi supra.

Secundo & verissime respondeo supra dictæ difficultati, quod in casu d. l. fin. C. de non numerat. pecun. in actu ipso confessionis numeratæ pecuniæ defecti consensus, quia ita demum ibi debitor consensus est se recepisse, & obligatur ad solvendum si sibi numeretur, quia id facit spe futuræ numerationis, quia licet adfuit initio aliquis consensus, fuit tamen conditionalis si sequeretur numeratio, qua conditione deficiente, deficiet etiam consensus. Vnde iuramentum de solvendo illam pecuniam, quam confiteretur se recepisse, præstatur habito respectu ad sequendum, scilicet pecuniæ numerationem ac per consequens iuramentum recipit eandem conditionem, imo sub ea præstitum intelligitur: & ita non magis obligatur iurans solvere pecuniam mutuatam, ac si non iurasset ad hunc scil. effectum, vt possit intra bennum opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, sicut si iuramentum interpositum fuisset sub expressa conditione, si sibi numeretur pecunia: quo casu dubium non esset quin optime posset opponere iurans exceptionem hanc, quia de fecit consensus se aliter obligandi & solvendi, quam si sibi prius soluta (hoc est) numerata fuerit pecunia. Ita & eodem modo idem dicendum est, si prædicta conditio non exprimat, quandoquidem ab initio ea ipsa primordiallem natura actus & contractus subintelligitur, & eius mentis videtur fuisse consensus, & obligans se cum iuramento ad mutuum reddendum, nempe si sibi numeretur pecunia & non alias, vt iure communi est notum, & præterea in te Regio probatur in l. 27. tit. 11. part. 3. in dicit. vers. Otro si de rimeros, ibi, *Cabien deuenos entender, que tal fue su intencion del que iuro que lo pagaria a aquel plaço, si gelo diesen.* Et ita non facit vllò modo contra iuramentum, si opponat prædictam exceptionem, cum altera pars secum non adimpleuerit, nec fidem seruauerit: quo casu tantum (hoc est) fidei seruata per realem numerationem iurans voluit se iuramento obligare. Pro quo argumentum sunt optimi textus in cap. veniens, & in cap.

peruenit in secundo de iureiur. & in cap. Quintanallis, eodem titulo, & in cap. cum iuramento, de homicid. ubi probatur, quod iuramentum nullam interpretationem patitur, præter consentum iurantis: At vero in iuribus supr. allegatis in supradicta difficultate mota contra dict. l. f. & communem resolutionem supra dictam iurans consensit pure, & ideo iuramentum firmat actum, & ei addit vires, vt constat ex eisdem iuribus. Et hic est verus intellectus dictæ l. f. C. de non num. pec. quem ibi Doct. omnes sentiunt, & tenet Bar. licet sic non declarat, in l. si quis pro eo, in octavo membro, num. 15. ff. de fideiuss. & l. al. in l. si mihi, & tibi, §. in legatis, prima lectura num. 18. ff. de legat. 1. & dicit. l. si pecuniam, num. 25. tenet etiam Rip. in cap. 2. num. 52. tenet etiam Rip. in eod. c. 2. num. 57. de iudiciis, & Marc. Anton. Bauc. ubi dicit secus esse, ubi adest consensus, quia tunc iuramentum addit robur & confirmat: eundem etiam intellectum sequitur plures allegans Roland. à Val. dicit. consil. 6. num. 38. & in d. consil. 8. num. 42. & dicit. consil. 77. num. 23. l. 1. & in dicit. con. 70. num. 31. lib. 2. consiliorum, & bene Couar. has non refertens in rub. de testament. in 2. part. num. 11. in vers. illud vero, ubi inquit, quod iuramentum nunquam interpretandum est præter iurantis intentionem, & quod intra consensus limites iuramentum obligationi addit religionis vinculum (sequitur plures refertens Antonius Gabriel ubi supra numero secundo.) Et hæc est communis opinio & intellectus ad d. l. fin. & colligitur ex omnibus supradictis, & præcipue ex Menchac. dicit. §. 29. n. 6. & est profecto verissima resolutio & tenenda, tam in iudicando & consulendo, quam in puncto iuris: quem intellectum etiam tenet alios allegans Aymon. Crauet. d. consil. 102. n. 7.

Ex quibus omnibus inferuntur plures verissime resolutiones. Primo, non bene dixisse Mench. & omnino ab eo esse cauendum, ubi supra, dum existimauit, de iure Canonico non procedere, d. l. fin. Cod. de non num. pecun. sed tantum de iure Civili, quia verissime est dicendum, procedere etiam d. l. fin. attento iure Canonico. Ius enim Canonicum, cum sit iustissimum & æquum, obligat tantum consentientem, non vero eum, qui non consentit, sicut est ille, qui iuravit solvere pecunias mutuas, quas confiteretur recepisse in casu d. l. fin. Nam ita demum confiteretur & iuravit sibi numeretur, & non alias: vnde pecuniis sibi non numeratis, non tamen obligatus, nec iuramentum habet locum, nisi secundum intentionem iurantis, vt iuris Canonici pluribus iuribus supra probatum fuit. Itaque nullo modo potest dici peritius neque periculum perituri incurtere, qui in tali casu opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ, cum eius consensus & iuramentum non antea incipiant vires habere, eumque arcere & obligare, quam sibi numerata sit pecunia, quam confiteretur recepisse, & iuravit solvere spe futuræ numerationis. Et ita merito dicit Bald. Nouell. in tract. de dote in 10. part. num. 6. dixit dispositionem d. leg. si. habere etiam locum, & obtinere de iure Canonico, & sic contrarium expresse dixit, quod tenet Mench. & pro expedito, & sine dubio tradidit Bald. Nouell. ubi supra, nihil allegans, sed verissimum est ex omnibus supradictis, quæ oportuit considerasse Mench. vt opinionem falsissimam, quam in hoc tenet, respueret imo eam non intendere, quia absurdum est viro graui id tentasse.

Secun

7 Secundo & ex supradictis infertur, non esse necessarium in casu d. l. fin. petere relaxationem nec abolitionem iuramenti, cum iurans hoc casu non contrahat iuramento, opponendo prædict. exceptionem, & sic non incidit in peritium, quia tunc est necessaria relaxatio & absolutio iuramenti, quando ea non impetrata iurans contrahit iuramento, & efficeretur peritius, vt in cap. 1. & in cap. debitor, & ibi Doct. de iureiurand. & alibi etiam sapissime: sed in proposito iurans opponere huiusmodi exceptionem, non venit contra iuramentum nec efficitur peritius, vt supra bene probatum est. Igitur antequam opponat hanc exceptionem, non est necessarium petere, nec obtinere præd. relaxationem & abolitionem iuramenti: Ita in specie tenet Bald. in d. l. fin. num. 1. & alios allegans Couatr. in 4. de sponsal. 2. part. cap. 3. §. 5. num. 3. & est sine dubio, licet Petr. Rebuff. in tract. de chirograph. & sbedul. recognit. art. 2. num. 24. 1. som. comment. ad consil. Gallic. tenet contrarium, dicens, quod ita Praxis feruat, & quod est tutius.

8 Tercio & præcipue & ex supradictis infertur ad intellectum huius legis final. quod in casu ipsius iuramentum fuit appositum super mutuo reddendo soluendoque, vt supra dictum est, non vero super receptione pecuniæ mutuatæ, quia si super ipsa receptione poneretur iuramentum, confitens debitor cum iuramento se recepisse pecuniam mutuatam, vel omnia contenta in iuramento esse vera, & in nullo contra facere vel venire, non quidem procederet d. l. fin. nec eius dispositio, & minime posset opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, quia cum debitor confessus fuerit cum iuramento pecuniam recepisse, si opponat exceptionem non numeratæ pecuniæ, contradicet directo iuramento, quo firmavit numeratam fuisset, nec hoc casu deficit consensus iurantem, cum illud confiteretur cum iuramento, & ideo confessio iurata non recipit conditionem si pecunia numeretur, nec eam sortitur. Quamobrem iuramentum confirmat ipsam confessionem, & eique vires præstat, vt aduersus eam non opponatur exceptio non numeratæ pecuniæ: & ita optimo iure differentia constituitur inter hæc duo, quod maxime concludit ad intellectum d. l. fin. Et ita inuenio, quod intelligit materiam hanc Bald. in d. l. fin. nu. 6. Paulus de Castr. num. 4. Saly. 2. ubi eius additio alios allegat: tenet etiam alios allegans Stephan. Aufertius decis. Capella Tholosan. 374. gloss. 3. incipit, Idem voluit: & est communis hic intellectus, secundum Emmanuel. Costam, in leg. si ex cautione, in noua fallent. C. de non numerata pecunia: sequitur etiam cum Ioanne de Imol. quem refert Bald. Nouell. ubi supra, & cum Marc. Anton. Bauc. Matian. Socin. lun. consil. 50. numer. 7. lib. 1. & Petr. Rebuff. ubi supra num. 25. licet num. 24. secus esse existimat in confessione de recepto iurata: nisi adiectum sit vere numeratam esse pecuniam. Sed idem tenendum est in vtroque casu, vt scilicet non habeat tunc locum exceptio non numeratæ pecuniæ, secundum supra dictos, & hæc est communis opinio secundum Menchac. ubi supra, d. §. 9. numer. 19. ubi allegat plures Doct. tenentes contrarium, uno quod hoc casu etiam possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Sed communis opinio supradict. est verior & tenenda per Impr. dicta, & ita d. l. Regia. 17. vers. sc. Otro si de rimeros, tit. 11. part. 3. cum mysterio loquitur in eo casu tantum, quo iuramentum ad-

icitur super obligatione de soluendo mutuum, vt tunc possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ ex ratione iam supra relata: quasi inuitat secus effidendum, quotiescunque iuramentum apponitur super ipsa confessione de recepto, quod est notandum. Vnde infertur vera ratio ad d. cap. debitor, de iureiurand. quod ideo ibi iurans solvere vltoras, tenetur id adimplere, quia vere promisit cum iuramento eas solvere, absque aliqua spe numerationis, sic iuramentum adiectum fuit actui dero, & deliberato soluendo eas vltora sortem, in quo nulla conditio in est. Et quamuis Rebuffus ubi supra, d. nu. 25. intelligat supra dicta in creditore iurante omnia in instrumento contenta esse vera deferente debitor, idem tamen est in debitore iurante id, secundum supra dictos Doctores.

Quarto & ex supradictis infertur, quod licet olim de iure communi maxime concertatum fuerit inter Doct. an possit renuntiare exceptioni non numeratæ pecuniæ in continenti, vel post ex intervallo, vt tradunt soluendo communia Couatr. lib. 2. variat. resolut. cap. 4. num. 3. & Anton. Gomez. in leg. 53. Taur. num. 52. & Gregor. Lopez in d. l. Regia in verb. caria, & Mench. de success. creat. dicit. §. 29. num. 6. & in d. §. 9. n. 22. & n. 25. ubi allegant I. Regiam 9. tit. 1. part. 5. quæ tollit omne dubium, quod erat de iure communi, quia expresse lex illa Regia disponit, vt possit renuntiare exceptioni non numeratæ pecuniæ, etiam in continenti in ipsomet instrumento: & ita seruatur & practicitur quotidie, quam l. vlt. Glossam nouam ibi Gregorij, circa alia declarat idem Menchac. d. §. 9. d. num. 22. & seqq.

Tamen si & renuntiationi non numeratæ pecuniæ adiciatur iuramentum, minime poterit opponi exceptio supradicta, cum renuntians hoc casu haberit consensus, quandoquidem renuntiet prædictæ exceptioni, cogitans sibi eam competituram, & volens teneri ad solutionem, etiam si sibi non numeretur pecunia: quod optime ipse facere potest, cum possit renuntiare iuri pro se introducto, ex regula iuris vulgari: quæ renuntiatione exceptionis non numeratæ pecuniæ: licet iure communi non valeat, vel saltem sit dubium an valeat, quotiescunque in eodem instrumento adicitur, & secundum opinionem communem de iure communi minime valeat prædict. renuntiatio, maxime quando in ipsomet instrumento est posita & facta, licet alij contradicant, vt constat ex Doctoribus supra allegatis: quia eadem facilitate qua confessus est recepisse, eandem renuntiat: argumento, l. doli mali, §. diuersum, ff. de nonat. interuenit tamè iuramenti optime confirmatur, quia consensus non deest, imo adest se obligandi, etià si pecunia sibi non numeretur. Et præterea renuntiatio illa non habet conditionem tacitam, nec naturam subintellectam nec expresse, si pecunia numeretur: & ideo iuramentum super ea appositum non regulatur secundum ipsam, nec in eo adest tacita illa conditio, quæ adest in obligatione de soluendo, scilicet si pecunia numeretur: sed confirmat robur viresque præstat ipsi renuntiationi, alias inualidæ (licet hodie, vt dictum est, non sit necessarium iuramentum ad validandam ipsam renuntiationem cum ipsa sola absque iuramento rectè valeat, vt in d. l. 9.) Et in specie renuntiationis cum iuramento, quod valeat, tenet Salicet. in l. 3. num. 25. C. de non numerat. pec. post Bar. in d. l. fin. dicitur

O 4 tem

tem, quod post solutionem poterit petere pecuniam, argum. text. in c. 1. & in c. de bitores, de iur. iur. Et ita fuit decium in Capella Tholosan. decis. 374. Et hanc opinionem plures Doctores referunt, qui eam sequuntur testatur communem Mench. d. 9. n. 12. vbi eam sequitur, probat & defendit aduersum Alciar quem refert tenentis contra communem: quae communis opinio probatur optime ex supradictis in hoc cap. circa intellectum d. l. si licet contra eam, tam de iure Ciuili quam Canonico, & etiam communem intellectum d. l. si. supra traditum in tertia illatione, teneat priuato quodam argumento Angel. in §. idem iuris. num. 37. insit. de except. quem refert Stephan. Auster. vbi supra, & refert eundem Angel. in d. l. si. tenentem communem opinionem supra dictam, scilicet, quod renuntiatio exceptionis non numerata pecuniae firmatur iuramento, & quod si debitor solueret, postea petere: argum. d. c. de bitores, vt tenet Bart. in d. l. si. & allegat etiam hoc vltimum tenentem Salyc. in l. si ex cautione, c. de non nu. pecun. & eundem Angel. in l. in contractibus, eodem tit. & ibi Ioan. Fabr. & Hostien. & Ioan. And. in c. si. de solut.

Hanc communem opinionem limitat idem Mench. de successore, §. 18. num. 168. si à principio ius iurasset le non renuntiaturum exceptioni non numerata pecuniae, quia tunc renuntiatio postea facta etiam cum iuramento esset nulla, per dicta per eum superius, ad quae ibi se refert, scilicet quia primum iuramentum de non reuocando, fuit consonum iuri communi: At vero secundum contra ius, quo casu valet prius iuxta concordiam assignatam inter gloss. cap. licet mulieres, de iur. iur. in 6. communiter approbatam, & gloss. etiam communiter approbatam in cap. si. de procurat. lib. 6. de quo nos diximus hoc eodem tractatu, supra cap. 1. ad finem. Sed haec limitatio Menchac. & eius ratio & fundamentum possit quidem habere locum attento iure communi, secundum quod iuxta communem opinionem Doct. non valet renuntiatio simplex non numerata pecuniae absque iuramento facta in eodem instrumento. Sed hodie, attento iure Regio dicit l. 9. qua expresse cauetur & disponitur, valere huiusmodi renuntiationem, etiam, in eodem instrumento factam. Imo videtur lex illa requiri, quod praedicta renuntiatio fiat in eodem instrumento, maxime videtur periclitari limitatio Menchac. supra dicta. & eius fundamentum, cum primum iuramentum de non renuntiando exceptioni non numerata pecuniae sit contra ius, hoc est, contra dict. l. Regiam, secundum autem iuramentum, quo renantiat eidem exceptioni, sit consonum legi. Vnde videtur, quod vltimum iuramentum sit seruandum, quamuis irans remaneat periturus, iuxta latius per me dicta in d. cap. 1. ad si. licet aduerti possit, quod adhuc primum iuramentum in proposito huius limitationis factum non sit contra leges, quia lex illa non prohibet quod non renuntietur, quia alias esset praecipere, quod semper renuntietur non numerata pecuniae, & sic corrigeret totum ius commune, quod minime est dicendum, sed tantum dicit & disponit dict. l. Regia, quod si renuntietur dict. exceptioni, valeat praedicta renuntiatio, quominus possit opponi praedicta exceptio, necessitatem tamen renuntiandi semper dicit. exceptioni minime im-

ponit, vnde dubio de hac limitatione Menchac. Quinto ex omnibus supradictis inferretur in-

tellectus ad text. in l. quare, §. inter locatorem, ff. locat. & in l. ad. Cod. eodem. tit. vbi probatur, quod licet in locatione addit pactum de non expellendo conductorem à locatione durante tempore locationis, intelligitur tam si soluerit pensionem: vnde si per biennium soluerit cessauit, poterit expelli non obstante praedicta pacto & poena: idem etiam probat l. 6. ad fin. tit. 8. part. 5. vbi loquitur etiam si non addit praedicta pactum, licet l. 5. eiusdem tituli probet, quod etiam si tantum per annum cessauerit in solutione, potest expelli. Sed d. l. 5. intelligi debet, quoties locatio est tantum facta ad biennium vel triennium, d. l. 6. quando locatio est facta ad quadriennium vel longius tempus: ita illas intelligit & concordat Greg. Lopez. in dict. l. 5. in gl. dende adelante, vbi alium etiam intellectum assignat, & Anton. Gom. 2. tom. capit. de locat. & cond. numer. 6. & Couarruias in rubric. de testamentis in 2. part. numer. 1. fol. 7. colum. 2. 3. & 4. illius folii, vbi late agit, quid hoc casu de iure communi statutum sit. Dico nunc, quod etiam si in praedictis locatione & pacto de non expellendo interuenit iuramentum, hoc iuramentum debet intelligi eodem modo quo & contractus, si pensionem soluerit, quia si cessauit temporibus supradictis, potest expelli non obstante iuramento, quod regulatur secundum naturam contractus, cui additur praecipue deficientem consensu, quia iurans hoc casu, ita demum promittit & iurat non expellere conductorem tempore conductionis durante, si sibi soluat, & non alias. Et in propriis terminis ita tenet Archidiac. post Vincent. in cap. alienationis, numer. 15. 12. questio. secundum quem refert & sequitur Gregorius Lopez. in dict. leg. 5. in gloss. Por quatuor razones, ad finem, & in gloss. Cas la casa, post medium: pro quo etiam facit, quia iuramentum semper intelligitur rebus sic stantibus, vt dictum est supra pluries. & sic ita demum si soluat pensio, & non alias.

Sexto ex supradictis per omnibus inferretur, quod dolus dans causam contractui bonae fidei, reddit illum ipso iure nullum, etiam si contractus fuerit iuratus, quia cum interueniente dolo deficiat consensus obligantis sic cum iuramento, merito quod iuramentum non confirmet talem contractum, sed intelligatur potius secundum naturam ipsius contractus, quae est, vt sit nullus propter dolum dantem ei causam, cum sit contractus bonae fidei, iuxta communem resolutionem per Doctores traditam. Et in specie in contracta bonae fidei iurato, cui dedit causam dolus, quod sit nullus, testatur hanc esse communem opinionem plures referens Dominus Anton. de Padilla in l. 2. numer. 4. Cod. de rescindend. vendition. pro quo facit optime text. in cap. quamuis pactum, ibi. Si tamen iuramento, non vi, nec dolo praestito, vbi dixi, de pactis, in 6.

Septimo ex supradictis inferretur ad intellectum text. celebris in materia, in l. si libertus ita iurauerit, ff. de oper. liber. vbi probatur, quod si libertus iurauerit se patrono daturum tot operas, quot ipse patronus arbitratu fuerit, non aliter ratum erit arbitrium patroni, quam si aequum arbitratu sit: & reddit text. rationem, quia ea est mens personam arbitrio substituentium, vt quia sperent eam recte arbitratam, id faciunt, non quia vel immodice obligari velint. Ecce igitur rex. vbi iuramentum intelligitur secundum mentem contractuentium, & naturam obligationis super qua interponitur. Et haec est vera ratio ad illum text. quare

quare iuramentum ibi non operetur confirmationem actus.

14 Ex quo text. per sic intellecto plura sunt notanda. Primo, quod licet arbiter possit modice ledere partem, non tamen id potest immodice. Ita per illum text. tenet Bald. in l. cum antea, num. 5. c. de arbit. quem sequitur Paul. de Cast. in l. si quis arbitratu, §. de verbor. obligat. & in iure esse communem Ant. de But. in c. Quintanallis, colu. 16. de iur. iuran. num. 46.

15 Secundo ex supra d. l. si libertus, infert eleganter glo. in l. penultim. gloss. fin. digest. de arbit. quod si compromisso in aliquem, quem offendi, vt iudicet me, secundum quod voluerit, valet, sed reducitur ad arbitrium boni viri, quae gloss. est communiter approbata, secundum Conar. lib. 2. variat. resolut. cap. 13. colum. 2. & eam sequitur Auend. c. 1. par. num. 29. fol. 15. col. 3. & 4. vbi bona in fauorem d. gloss. allegat, pro qua est bonus text. in c. eueniens, & in c. Quintanallis de iur. iuran. vbi probatur, quod ille, qui iurauit stare mandato alicuius offensi, non tenetur parere si praecipiat illicita, vt quod filium exheredat, vel à se propriam remoueat uxorem, quia licet iuramentum licitum sit, mandatum tamen est illicitum: idem ad literam probat l. 7. in ven. e. de mas de zimos, tit. 11. par. 3. vbi alia plura exempla ponuntur, quae potest videri, & d. gloss. approbatur expresse in l. 24. ver. impero, §. tit. 4. part. 3. cuius verba haec sunt. Impero si acciesse, vn homo euiesse fecho tuerto, o dihonra a otro, o se metiesse en su mano, doxiendo que gelo queris emendar. assi como el mismo mandasse: sobre tal cosa como esta bien podria ser auerado del pleyto, aqel en cuya mano lo metiesse. Mas deue ser muy mesurado en aquello que hi mandare, que sea con razon y que sáda cosa: catando qual fue el tuerto, o la deshonra que cobrio, e otro si qual es la persona de aquel que se mete en su mano: e librando de la quista, valdra lo que fiziere. E si cosa de mesurada mandasse, deue se enderear por aluedrio de homes buenos, e no seria tenudo el otro de fincar por ella, maguer el pleyto buuiesse merido en su mano e iurado de fazer lo que el por bien iuuiesse.

16 Tertio ex d. l. si libertus ita iurauerit, probatur doct. Bart. in l. fin. n. 3. ff. de iur. stipul. vbi tenet, quod si quis promittat, stare de expensis & interesse dicto vel iuramento alterius, valet haec promissio, & si arbitratu bene, stabitur suo dicto, alias reducitur ad arbitrium boni viri, vt in d. l. si libertus, & in aliis iuris. allegatis per Bart. cuius opin. & doct. plurimos referens testatur communem dominus Anton. de Padilla in l. 1. n. 9. ff. de legat. 2. sequitur alios allegans Matt. de Afflict. deo. Neapol. 91. n. 9. & segg. vbi n. 12. inquit, quod altera pars poterit probare contrarium: sequitur etiam plures allegans Ferrar. cautel. 8. quam communem opin. limitat in l. in iurandum, quod ex conuentione, in princ. n. 6. ff. de iur. iur. in tutore, qui faceret talem conuentionem. Nam talis conuentio facta à tutore, non valeret, cum Bartol. quem alij sequuntur, vti pae. l. dicit. Eand. Bart. sententiam crebriorem alios allegans testatur Benuenut. in tract. de mercatura, tit. de contract. mercat. 4. par. n. 6. fol. 133. vbi bene agit de hac Bart. doctrina.

17 Quarto ex d. l. si libertus, infert eleganter idem Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, n. 31. ff. pro soc. quod si in compromisso est iuramentum adiectum renuntiationi reductionis ad arbitrium boni viri, habet in se illam conditionem, quam

habet pactum praebulum, scilicet, non venire contra, si aequum arbitratu fuerit, vt in d. c. Quintanallis, & in d. l. fin. c. de non numerat. pecun. & l. final. in princ. ff. ad municip. Itaque iuramentum hoc casu nihil addit nec tollit reductioni ad arbitrium boni viri, si addit laesio magna. Quam Bartoli doctrinam tenent omnes Canonistae, in dict. cap. Quintanallis, secundum Ioannem Baptista, in tractat. de arbit. cap. 16. lib. 7. volum. 3. tractat. folio 102. vbi agit & tenet, non esse necessarium hoc casu petere absolutionem à iuramento, sed quod esset vtile, eam impetrare ad cautelam ab euitandas opiniones. Est etiam communis, secundum Vital. de Camban. in tractat. clausul. in cap. an reductioni ad arbitrium boni viri possit renuntiare, n. 29. & sequentibus, vbi late probat contrarium, & fundat esse necessarium absolutionem iuramenti, & late agit, an debeat ad eam citari altera pars. Eandem Bart. doctrinam testatur communem relati per dominum Anton. de Padilla, vbi supra, num. 37. vbi num. sequent. inquit, esse etiam communem opinionem, quod compromittentibus liberum est renuntiare huic reductioni ad arbitrium boni viri, sed si esset excessus in magna quantitate etiam post renuntiationem posset peti reductio ad arbitrium boni viri. Et eandem doctrinam Bart. sequitur Guid. Pap. decis. 519. per totam, vt ibi ampliat, etiam renuntiationi fiat cum poena & iuramento, quia nihilominus potest recuri ad arbitrium boni viri absque metu poenae & periculi, si gravis laesio praetendatur ex supradictis iuribus: vbi addit etiam, quod non corroboratur talis renuntiationi, si dictum fuerit, siue aequae siue iniuae, &c. Et quod de iure vnus partis possit alteri dare, &c. eo quod talis clausula praebet apertam occasionem delinquendi, & ita nihil operatur neque firmatur iuramento, & ibi refert alios Doctores ita tenentes & dicentes, praedicari in ciuitate Paduana, & ipse asserit ita vidisse determinari in Curia Parliamenti, contra Ang. tenentem contrarium in l. 1. §. 1. ff. quibus appell. non lic. Et an reductioni ad arbitrium boni viri possit renuncari cum iuramento, vel sine eo, videtur esse late Vitalis vbi supra, per totum illud. fol. 631. & sequent. post Ant. de But. in d. cap. quintanallis, n. 44. & sequentibus de iur. iuran. qui optime id agit, & Anton. Gabr. lib. 2. communium opin. couclu. 3. de arbit. nu. 35. & sequent. vbi refert plures auctores tenentes praedicta priorem & communem sententiam, & num. 38. eam dicit videri magi communem aduersus aliquos tenentes contrarium, quos ibid. nu. 37. reuoluerat, & agit pro & contra, an hoc casu sit necessaria absolutio à iuramento.

Et inquit Alex. per conf. 131. nu. 12. lib. 2. plures Doctores allegans, quod nunquam dari potest tam lata potestas arbitratoribus, & cum plenissima renuntiatione, quando semper, quando in maxima quantitate, seu in toto laesio facta est, peti reductio ab arbitrium boni viri, etiam si iuramentum interueniat, per suprad. iura, & Ferrar. vbi supra vbi ampliat, etiam si esset statutum in ciuitate, quod tolleretur reductionem.

Imo dicunt Doctores, per secundum, Alex. vbi supra, num. 13. quod dicto casu, quando latissima forma esset data potestas arbitratoribus ledendi in maxima quantitate cum renuntiatione reductionis, ad hoc, vt possit peti reductio, nedum esset satis probare de dolo arbitratoris in forma praedicta. ex actis, sed etiam sufficeret probare arbitratorem fuisse in lata culpa, quia dolo comparatur. De

21 De qua materia, & quando valeat renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri, & an possit renunciari enormis, & enormis & enormissima læsio, videnda est omnino Ioan. Bapt. *vbi sup. c. 15. lib. 7.* per totum, vbi melius omnibus resoluit communes opiniones. Et quod renunciatio reductionis ad arbitrium boni viri cum iuramento facta valeat, quando non appareat dolus, fraus vel gratia arbitratoris, neque interuenit læsio enormissima, & in maxima quantitate, & laudum propter iuramentum sit seruandum, quamuis læsio sit in parua, magna, enormi vel enormiori quantitate, dicit videri communem esse sententiam Mar. Ant. Bauer. *in tract. de virtut. & virib. iuramentis*, num. 115. *vol. 5. tract. diuer. Dd. fol. 24.* vbi allegat Paul. dicentem ab hac opin. tanquam communi minimè in iudicando & consulendo fore recedendum. Sed intelligo ipse hanc communem opin. secundum ea & per ea, quæ iam supradicta sunt, non vero ita stricte, sicut Mar. Ant. sentit.

22 Et Bartol. *in d. §. arbitrorum*, num. 25. existimat, quod magna quantitas in proposito, ob quam possit peti prædicta reductio ad arbitrium boni viri, dicatur sexta pars totius, cuius doctrina in hoc est communis, secundum D. Ant. de Padill. *vbi supra*, num. 41. vbi refert aliam veriore & communem opinionem in hoc, quæ habet, hoc relinqui arbitrio iudicis, & num. 41. refert esse etiam communem opinionem cum Bart. *in d. §. arbitrorum*, contra Specul. quod intra 30. annos possit peti hæc reductio & non postea. Et supradictas duas opiniones circa illud, quæ dicatur magna læsio in proposito, refert, dicens ambas esse magis communes Ferrat. *d. caus. 8. col. 3.* Vbi refert Cæpoll. *in caus. 199.* assignantem quatuor cautelas ad hoc, vt non habeat locum reductio, quas ipse dicit in effectu claudicare & de iure non procedere, & addit alias duas quas veras esse reputat, quod ego non credo. Septem ponit Ioan. Bapt. *vbi supra*, cap. 17. lib. 7. quas reprobat, excepta vltima, quam tenet & dicit perpetuo norandam, & esse de communi intentione nostrorum Doctorum, scilicet, quod partes concedant arbitratori liberam & absolutam potestatem, ius vnius partis in totum, vel in partem alteri concedendi & donationis titulo conferendi. Quoniam sicut potest constitui procurator ad donandum vel dilapidandum bona ipsius constituentis in totum, vel in partem, cum rei sue qualibet sit moderator & arbiter, vt in *l. in re mandata, C. mandata*, sic etiam eadem potestas potest concedi huicmodi arbitratori, neque est qui repugnet, cum omnis eius potentia ex compromisso sumatur, vt in *l. non distinguemus, paragr. de officio. digestis de arbit.* Et ita concipiendo pactum ex læsione etiam enormissima circumscripto dolo arbitratoris, nullo modo poterit peti reductio; neque enim hoc casu læduntur, præter eorum voluntatem, vt in *reg. scient. de reg. iur. in 6. cum similib.* Hactenus ille. Et hoc vltimum, nempe quando expresse renunciatur reductioni cum iuramento, etiam ex enormissima læsione, quod tunc non possit peti prædicta reductio ad arbitrium boni viri, tenet prædicta relati per Ant. Gabriel. *vbi supra dict. concl. 3. de arbit. num. 39. vbi num. 46.* dicit eam videri magis communem. Sed hæc cautela mihi non placet, tum ex supradictis, præcipue ex traditis per Guid. Pap. *vbi supra*, tum etiam per ea, quæ ipse dixi in repetit. *aubent. sacramenta pu-*

berum, num. 100. & *seqq. C. si adner. vend.* vbi quod clausula donationis adiecta in renuntiatione enormissima læsionis non semper impedit rescissionem contractus, nisi quibusdam concurrentibus, quæ ibi ex Alciato dixi. Vnde cum in cautela supradicta. verba donationis nimis generalia sint, neque constet ex eis partes donare voluisse per coniecturas, quibus debet constare, secundum Alciat. *vbi supra* relatum, merito quod prædicta potestas data arbitratori cum potestate concedendi, & donationis titulo de iure vnius partis in alteram transferendi, nihil valeat, neque impediatur reductionem ad arbitrium boni viri. Minus mihi placet quod vltimo loco dicitur Ioan. Baptista tradit *d. cap. 17. scilicet*, quod si breuiter in compromisso diceretur, quod arbitrio potestatem habet lædendi partes etiam in quantitate enormissima, hoc solum sufficeret, vt nulla reductio petatur nisi ex dolosa læsione, quod quidem falsissimum esse existimo, & contra communes & receptas sententias supra positas in hac materia. Et hanc quam sequor, tenent etiam plurimi & communem dicunt, & in practica seruati, quos refert idem Ant. Gabr. *vbi supra*, num. 41. & *seq.* Ipse tamen Ioan. Bapt. *in d. cap. 15.* ponit nouem indicia probandi delum in arbitrate in proposito, ideo videndus est.

Ex quibus omnibus infero ad intellectum, 23 *l. 3. tit. 26. lib. 8. noua recopil. Reg.* vbi dicitur *que todos aquellos que se obligaren por compromiso, o en otra qualquier manera a fazer o cumplir algunas cosas so ciertas penas para la muestra camara que las tales personas sean tenidas de las pagar, auiendo incurrido en ellas, vt procedat, præterquam si magna læsio interueniat in sententia arbitraria, quia tunc non incurritur in penam, si petatur reductio ad arbitrium boni viri, & d. l. Regia*, loquitur tantum eo casu, quo in eam incurritur, ita colligitur ex traditis per Guid. Pap. *vbi supra*, *d. decis. 319.* per totam, sequitur nouissime D. Azcu. *in l. 4. num. 69. tit. 21. lib. 4. nou. recollect. Reg.*

Quinto *in d. l. si liberus*, inferitur, quod ille, 24 qui iuravit stare sententia alicuius, potest appellare, si in ea grauatur, iuxta *gl. in c. ad hæc*, *el. 2. appellat.* Non enim potest commode impleri sententia iniusta, vt *gl. ibi* probat, cui est similis *in c. quod bene*, *6. quest. 4.* quam cum multis aliis commendat Deci. *in d. cap. ad hæc*, dicens esse pro eis text. *in d. l. si liberus*, quem ad hoc commendat Alexand. *conf. 42. num. 21. lib. 1.* *in l. quidam cum filium*, num. 22. *ff. de verb. obligat.* Paulus de Casti. *in l. tale pactum*, *§. qui prouocauit*, *ff. de pact. & in l. vnus*, *§. illud*, nulla præiudice, *ff. de pact.* dicens, quod propter pactum incommodatam non potest deleri iuramentum, sicut nec restitutio potest concedi propter modicam læsionem, vt in *l. scio*, *ff. de in integr. restit.*

Sexto *in d. l. si liberus* inferitur, quod tradit 25 Lanstan. de Oriano *in tract. de arbit. quest. 55. num. 102. & 103.* vbi tenet bene probans, quod etiam in compromisso pactum iuratum apponatur, siue renunciatio, quod non possit agi nec dici de nullitate, adhuc sententia arbitri excedentis formam compromissi poterit dici nulla, argum. text. *in c. cum dilecti*, *de transact.* cum forma tradita sit seruanda & iuramentum subiectum tali renuntiationi, eadem recipiat conditiones & moderationes, quas ipsa renuntiatio per text. *in d. l. fin. C. de non numerat. pecun. & in leg. ita demum*, *C. de arbit. cum similib.* Et ita tenet hanc opinionem pro

pro veritate dicitur auctor dicens, eam tenuisse excellentissimum Doctorem dominum Raph. Fulgol. *in consil. incip. vno processu causa nota inter Bartholomæum.*

27 Septimo *in d. l. si liberus* hanc materiam compromissi iurati quid dicendum sit, quando compromissum est iuratum, & arbitramentum specificè approbatum fuit simpliciter, seu acceptatum sine iuramento, an hoc non obstante possit agi remedio, *l. secunda*, *C. de rescinden. vendit.* aduersus dictum arbitrium, stante læsione ultra dimidiam, videndus est omnino Ioan. Bapt. de Caccialup. *in tract. de transact. 12. quest. num. 11. 12. & 13. vol. 3. tractat. doct. fol. 25.* vbi agit pro & contra, & tandem inquit, se nihil deciderit in hoc puncto, ne sumatur aliqua coniectura tenus iudicij sui, quod tunc non aperiatur pro bono respectu, dicens se vellet etiam melius cogitare, & se putare conuenire, vt consideretur persona acceptans, vtum simplicitate vel leuitate id faciat. Ego autem existimo hoc casu, quod si sibi legatur arbitramentum, & contentiat illud vel approbet, nullo modo aduersus id possit venire, per plures regulas communes, quæ traduntur in materia *d. l. secunda*, nisi minor rusticus vel mulier esset, qui consentit, quia hic bene possent restitui aduersus suum consentium præstitum sui facilitate & ignorantia, vt *ibi* traditur.

Octauo inferitur ad intellectum text. difficilissimi intellectus *in l. qui Romas*, *§. Angerius*, *ff. de verb. obligat.* vbi secundum communem & receptissimam sententiam probatur stipulationem istam, Promitto tibi, quicquid confiterit patrem meum tibi debere: mortuo patre antequam constet de quantitate debita, non committi, etiam si post mortem patris confiterit, quantum patet meus tibi debuerit. Vnde si quis promiserit pro mercatore vel amico, vel alio debitore soluere, quicquid confiterit vel appareat debere factu calculo, ita demum tenebitur, si liquidatio fiat viuente illo debitore, non alias, nam nemo alius præsumitur scire veritatem debiti, & calculatio sine feudæ sicut ipse. Ita tenet Bartol. *in mol. Ias.* & ceteri committere scribentes *in d. §. Angerius*, cuius hic est communis intellectus, & hæc per illum text. est communis & recepta sententia, secundum *Dd. ibi*, vt tradit Marian. *Soc. Iun. consil. 47. num. 18. ad fin. & num. 19. volum. 3. consil. & Ant. Gom. tom. var. cap. 11. de qualitat. contract. num. 36. colum. penult. & fin. illius num. & illustriss. Couarr. latissime in pract. question. cap. 39. nu. 5. versic. nono.* & c. nam hæc communis opinio procedit, etiam si promissor iurauerit hanc suam promissionem, quia cum iuramentum debeat intelligi secundum naturam & conditionem & qualitatem actus cui adiectur, ex supradictis, consequens est, quod hoc casu nihil operatur, cum de natura, conditione & qualitate huius stipulationis sit, quod debeat fieri liquidatio in vita debitoris principalis, ad hoc vt hæc stipulatio committatur, ita in terminis tenet expresse Maria. *Soc. vbi supra*, num. 16. & an probatio facta in iudicio cum debitore principali, non vocato eius fideiussore, nocet fideiussori vel sufficiat ad liquidationem hanc faciendam citatio ipsius fideiussoris; videndus est omnino D. Couarr. *vbi supra*. Verum suprad. communis opinio, quamuis recepta sit, falsissima quidem mihi semper visa fuit & non tenenda, tanquam omni iuri tam ciuili quam naturali, æquitati que contraria, quandoquidem nullo iure probati

possit, quod si post mortem debitoris principalis constet bene de quantitate debita, fideiussor suprad. non tenetur, cum non fuerit expresse adum, vt necessario id constare deberet in vita dicti debitoris principalis, & quod alius eius fideiussor nolebat remanere obligatus. Nā si hoc ageretur, fateretur quidem communem opin. esse veram & seruandam, sed hoc non actō, non video, cur communis opinio suprad. hoc nomen inuenerit, nec vllō modo sit tenenda, contra quam iura proclamant, non solum communia, sed etiam Regia, quæ hic adducere superfluum esset, cum optime id explicetur per insignes viros illustriss. Couarr. & Ant. Gom. *vbi supra* & refert. D. Couarr. contra communem opin. etiam tenuisse Andr. Alciat. Duarenus Pet. Stellan. Eman. Cost. Lusitanum affirmantem in Granateni prætorico contra communem hanc sententiam iudicatum fuisse, qui patres onus gravissimum communis supradictæ sustinere non valentes, optimis iuribus & rationibus probant & tenent contrarium, imo quod hoc casu fideiussor huiusmodi teneatur, etiam si in vita principalis debitoris facta non fuerit liquidatio atque probatio siue calculatio, dum tamen post eius mortem fieri possit atque facta. Quæ sententia meo iudicio tenenda est in iudicando & consulendo: imo non tuta conscientia, prout existimo, cōtrarium iudicaretur, etiam si communi sententia suprad. niteretur, qui sic iudicaret. Quo fit, vt suprad. illatio iuramenti in proposito suprad. communis opinio non sit vera nec tenenda, cum ipsa principalis communis opinio eod. morbo laboret, nam si hoc ita est, sc. vt communis opinio supradicta non sit vera nec tenenda, prout esse affirmo iam clare liquet, non esse etiam veram nec tenendam suprad. illationem, imo a fortiori iuramentum potius debet roborari & validare ipsam promissionem.

Superest tunc respondere ad *d. §. Angerius*, ne probet communem sententiam, quo textu ipsa tantum nititur. Cui text. vnum intellectum in se verum, licet dinimatorium assignat Ant. Gom. *vbi supra* ex *gl. ibi*, vt procedat, quando expresse agitur, vt debeat constare de quantitate debita in vita debitoris: aliosquinque illius text. intellectus ad longum refert illustr. Præles, *vbi supra* ex *Ias. Petr. Stell. Duateno, Cost. & Conano.* Ultra quos omnes mihi verissimus & clarissimus illius text. intellectus videtur esse, intelligendo cum ad litteram prout iacet, nam ibi promissio non fuit facta de eo, quod confiterit patrem debere, & sic errat & fallitur communis opinio dum hoc existimabat: sed de eo concepta fuit stipulatio, quod patrem promissoris Publico Mevio debere constitisset. Nota verbum *Constitisset*, nam est præteriti plusquam perfecti. Itaque promissio in casu illius text. fuit facta eius, quod iam constitisset tempore promissionis, & sic in vita patris debitoris, factique conditio de præterito, eaque falsa, quandoquidem in casu illius text. de quo Scævola consultus fuit, præsupponitur in vita patris non constituisse, quia, quantumque deberetur, vnde merito Iurisconsul. respondet, si conditio non extitisset, stipulatione non esse (si non constitit in vita patris, filium ipsius fideiussorem non teneri, quia in id se obligauit, quod tempore promissionis constitisset, vnde cum nihil tunc constaret, optimo iure obligatio filij non tenet, quia non fuit verificata, At vero communis opinio suprad. non loquitur in his terminis, sed quando obliga-

tio fideiussoris in hunc modum concipitur, quicquid constitit Titium debere, &c. Non igitur refertur ad liquidationem iam factam, sed ad futuram quae post mortem principalis debitoris fieri debet, quia obligatio tam actiua quam passiuam, transit ad haereditatem & in haereditatem. Unde non licuit Dd. tenentibus communem extendere decisionem d. s. Angerius, loquentis in liquidatione iam facta, ad sciendam, cum diuersa iuris ratio atque dispositio militet in dictis casibus, atque hunc intellectum verissimum ad d. text. sentit prius expresse gl. ibi, in verb. non existit, in prin. dum inquit, Non existit, quasi dicat, si nondum temporis stipulationis constituerat de debito, & per hoc conditionalis stipulatio in praeteritum concepta non poterat committi in aeternum, quia falso de praeterito sunt impossibilia.

SUMMARIUM.

- 1 Statuta ciuitatis vel villa ad hoc vt obseruentur, & secundum ea iudicentur, requiritur quod sint confirmata per Regem, vel vsu approbata.
- 2 Confirmatio statutorum in locis dominorum temporalium sufficit, quod fiat per ipsos dominos.
- 3 Populus non potest statuere contra leges communes Regni, quando recognoscit superiorem.
- 4 Statuta quae sunt bona & secundum exigentiam & conseruationem publicam, vel quae sunt super victualibus vel similibus negotiis, quae spectant ad bonam Reipubl. gubernationem, non egent confirmatione, sed seruanda sunt statim, imo nec quod vsu approbentur, n. 12.
- 5 Quotiescunque requiritur confirmatio status vel priuilegii, ea inducitur per iuramentum Regis de seruando status vel priuilegio illius ciuitatis vel villa.
- 6 Confirmatio generalis statutorum vel priuilegiorum non extenditur ad statuta iniusta illicita vel iuri contraria, vel quae possunt aliquod ius nouum inducere, etiam si praedicta confirmatio fiat cum clausula ex certa scientia, & praeterea referitur ad actus validos, & non ad inuadidos.
- 7 Iudex qui iuravit seruare statuta, non tenetur seruare, quae sunt contra libertatem ecclesiasticam.
- 8 Statutum ciuitatis vel villa si non est confirmatum, ad hoc vt obseruetur, debet probari eius vsus.
- 9 Leges quae semper sunt in viridi obseruantia, & non requiritur probari earum vsus, debent recipi a populo, alias non obligant.
- 10 Differentia inter leges & statuta.
- 11 Alleganti leges fori vel statuta loci, incumbit probare eorum vsus, nisi in duobus casibus hic positio, & cuius vsus probatio sufficit.
- 12 Index an teneatur de necessitate iudicare, secundum statutum licet non sit in iudicio productum.
- 13 Iuramentum de seruando statuta ecclesiae tam edita, quam edenda, non extenditur ad statuta moribus vtenium non recepta, vel per contrariam consuetudinem abrogata, & alia similia hic ponuntur.
- 14 Casus practici circa hoc.

16 Statutum factum a ciuibus, an possit per eosdem reuocari?

CAPVT XXXVIII.

De statutis seu ordinationibus ciuitatis vel villa obseruandis, vel non.

STATUTA seu ordinationes ciuitatis vel villa, ad hoc vt obseruentur, & secundum eas iudicentur, requiritur, quod sint confirmata per Regem, vel vsu approbata. De primo dico, quod confirmatio debet fieri in Consilio Regali, vt latissime probat & concludit Auiles, in c. 17. prator. in gl. Proueer sobre ello, & Greg. Lop. in l. 12. tit. 1. part. 1. gloss. magna. Idem in effectu tenet & probat Matth. de Afflic. in consuetudinibus regni. Sicil. in praludis, qu. 3. num. 1. quamuis conuatiarum, imo quod statuta sint seruanda, etiam si non sint confirmata, late probate conetur Petrus Nuñez de Auendan. 1. part. cap. 8. ad fin. & cap. 19. prator. n. 4. & seqq. vbi concludunt, quod in consilio regali facilius conceduntur quotidia ad instantiam cuiuscunque prouisionis Regales, vt non feruentur statuta populi, quae non sint confirmata per Regiam Celsitudinem.

Quae confirmatio fit in terris dominorum temporalium, vt sunt Duces, Comites & Marchiones, & similia, sufficit, quod fiat per ipsos dominos, vt bene etiam probat Auiles, vbi supra, n. 18. limitans in statutis, quae sunt contra ius, & Greg. Lopez bene vbi supra, vbi ad hoc ponderat d. l. 12. & Auendan, vbi supra, num. 9. dicens, ita vidisse in practica, licet alij aliter concludant. Licet etiam Matth. de Afflic. vbi supra, dicat, ideo solum se consulere aliquibus Baronibus, quod quando praesentantur eis huiusmodi statuta, vt illa confirmet, quod non continent singulariter quolibet statutum de per se, sed generaliter in fine dicant, confirmamus & approbamus, &c. quia talis confirmatio se non extendit ad aliquod statutum illicitum & inhonestum, vel contra ill. vel constitutiones Regni, vel aliquod capitulum Regis, vt ibi late probat & alia addit in proposito.

Et quod fit populus etiam non possit statuere contra ill. communes regni (intellige quando recognoscit superiorem) tenet & probat Greg. Lop. in d. gl. mag. 3. limitat. pro quo ego inuenio expressam l. primam Tauri, ibi, I non fueren contrarias a las dichas leyes de ordenamientos y pragmatikas. Nihilominus tamen, vt inquit Auiles, n. 18. contrarium fit per Senatores consilij Regalis, etiam in terris dominorum temporalium, quia ad petitionem cuiuscunque iubent dicta statuta ad consilium deferri, & quod non vtatur eis, donec per eos sint approbata & confirmata, & ita ego vidi tam in statutis ciuitatis Regiae, quam villae domini temporalis.

Quod quidem fit fallit in statutis, quae sunt bona, & secundum exigentiam & conseruationem publicam illius loci, vel quae sunt super victualibus vel similibus negotiis, quae spectant ad bonam reipublica gubernationem, nam haec non egent confirmatione, sed seruanda sunt statim, quia confirmata sunt ex propria naturali iustitia, vt cum Bald. & aliis tradit Auiles, vbi supra, n. 2. & Auendan. in 1. part. c. 8. prator, num. 6. & iterum d. cap. 19.

cap. 19. num. 3. folio 115. verso. supradicta conclusio, sequitur Matth. de Afflic. vbi supra, num. 7. Et in hoc casu potest intelligi cap. 17. pratorum, quatenus dicit, quod Corrector seruet statuta ciuitatis bona, & l. 13. tit. 1. libro 7. ordin. quae iubet, ordinationes ciuitatis & populorum seruari, secundum Greg. Lop. vbi supra. Pro qua opinione facit pragmat. 47. verso. 1. in volumine pragmat. quae ita se habet: Primeramente porque nos somos informados, que muchas vezes se siguen muchos inconuenientes de recibir vos, los dichos nuestros Presidente e Oydores, todas las apelaciones indistintamente, e mandan sobre seer en la execucion, mayormente en las cosas que se demandan en las ciudades, villas, y lugares, cerca de la gouernacion dellas, e cerca de las cosas de los mantenimientos, e de la guarda de las ordenanzas que tienen, e de las cosas que cada dia se ordenan conuenientes al buen regimiento del pueblo e cerca de los labores, e limpiez, a de las calles, y lugares, y gastos de los propios, y otras semejantes cosas, porque por esto se impide mucho la buena gouernacion de las dichas ciudades y villas, y lugares, y es mucho peruijzio para las comunidades, y causa de muchos gastos e por la mayor parte la execucion de las cosas es de menos peruijzio a las partes que dellos se agrauan. Ordenamos y mandamos, que quando semejantes cosas venieren a la nuestra audiencia en grado de apelacion, o nulidad, o por simple querrela, o en otra qualquier manera, ante que vos los dichos nuestro Presidente, o Oydores, sobre ello proueays, lo mireys mucho, e que antes de inhibir, o mandar sobre seer, mandays a los dichos nuestros Corregidores, y otros oficiales de las tales ciudades, villas, y lugares, que embien la razon dello ante vosotros e la causa que los mouio a hazer lo que hizieron mandaron, &c. Et aduertet, quod verba supra d. pragmatice alludunt cum verbis d. c. 17. prator. & si eodem casu loquuntur, & debent intelligi supra d. modo.

Et quotiescunque fit requiritur confirmatio status vel priuilegij, ea inducitur per iuramentum Regis de seruando status vel priuilegio ciuitatis, vt concludit Hippolyt. de Marl. sign. 71. vbi allegat Bald. quem refert & sequitur Roland. à Vall. conf. 29. num. 3. lib. 1. & Auiles, vbi supra, num. 3.

Et confirmatio fit statutorum vel priuilegiorum generalis non extenditur ad statuta iniusta vel illicita, nec ad ea, quae sunt iuri contraria, vel quae possunt aliquod ius nouum inducere, cum talis confirmatio intelligatur per obreptionem impetrata. Quod etiam procedit, vbi talis confirmatio generalis facta fuisset cum clausula, ex certa scientia, quoniam non est verisimile, principem voluisse talia statuta iniusta approbare, & quia etiam capienda sunt interpretatio, per quam minus deoretur iuri communi. Praeterea talis confirmatio refertur tantum debet ad actus validos, & non ad inuadidos, vt late haec omnia tradit plures Dd. ad eos allegans Roland. à Vall. d. conf. 29. num. 3. & seqq. vbi ad n. 36. & Marian. Socin. tan. conf. 32. num. 43. lib. 3. ad quos est omnino occurrendum, quoties opus fuerit, & ad Auiles, vbi supra, num. 4. & seqq. vbi aliqua supra d. por Roland. tradit, amplians in Papa confirmante generaliter statuta alicuius ecclesiae, vt non videatur confirmare iniusta, nec ea, quae sunt contra bonos mores & iustitiam, nec contra libertatem ecclesiasticam, sed tantum iusta.

Et quod iudex fit iurans seruare statuta, non teneatur seruare, quae sunt contra libertatem

ecclesiasticam, tenet idem Auiles cap. 17. prator. in gloss. buenas, manero 7. folio 118. & dicitur Auiles vbi supra, in glossa proueer sobre ello, per totam illam gloss. tradit alia plura in materia confirmationis statutorum vel priuilegiorum, quae ad nostrum propositum non spectant, ideo non refero Adde Ferdinand. Loazes in alleg. iuris pro Marchione Velez, in respons. ad quintum fundamentum, numero 46. & sequentibus pag. 330. vbi plura in proposito iuramentum refert, de iurante seruare statuta, vt intelligatur de iustis & honestis, validis & obseruatis.

De secundo, fit quod statutum ciuitatis vel villa ad hoc, vt obseruetur, si non est confirmatum per superiorem, requiritur quod vsu approbatum sit, probat expresse lib. 1. Taur. in illis verbis, Y en la que por ellas no se pudiere determinar. (scilicet per ill. ordinationem & pragmatikas) Mandamos que se guarden las leyes de los fueros, ansi del fuero de las leyes, como las de los fueros municipales que cada ciudad, o villa, o lugar tuuieron, en lo que son, o fueren esadas y guardadas en los dichos lugares, y no fueren contrarias las dichas leyes de ordenamientos, y pragmatikas. Et de iure communi idem tenet & probat Capol. cons. 13. Et licet Roder. Suar. in praem. leg. fori. in princ. teneat contrarium, imo quod vsus status, sicut iuris communi non sit necessarius, quia semper sunt in viridi obseruantia, nisi contrarium probetur, praecedens tamen opinio communis & magis communis est, sc. quod ad hoc, vt statutum valeat, & sit obseruandum, requiritur quod sit moribus vtenitum approbatum, vt concludit alios allegans Rol. à Vall. conf. 99. numero 5. & 6. libro 2. quam etiam tenet Auiles simpliciter, vbi supra, ad fin. dicens, Quicquid fit de iure, semper video quod talia statuta maxime in supremis audientis Regalibus non custodiuntur, nisi sint confirmata per Regiam potestatem, nisi d. statuta sint antiqua & vltima. Quae opinio probatur expresse in d. l. 1. Taur. in verbis supra relatis. Et ideo non est amplius de ea dubitandum, quicquid non bene meo iudicio nouissime velit, & in contrarium intelligat d. l. 1. Taur. reprobans Rod. Suar. Io. Bapt. Tolet. in suo erario communium opin. litero. d. n. 251.

Imo fit & h. quae semper sunt in viridi obseruantia, & non requiritur probatum vsus, vt in l. Arrian. C. de haeret. & Manich. est necessarium, quod a populo recipiantur, quia tunc instituntur cum publicantur & firmantur, cum moribus vtenitum approbantur, vt inquit text. in cap. in istis, §. leges, 4. dist. 1. Nam lex nullam vim obtinet, si ab initio recepta non fuerit a subditis, ea enim lege & intentione datur, vt non aliter obliget quam si fuerit recepta a republica, vt testatur communem esse Dominus Couar. l. 2. var. cap. 16. num. 6. ver. 5. de quo videndus est late Dominicus à Soto de iust. & iur. lib. 1. q. 1. art. 4. fol. 13. & seq. & Capol. cons. 13. per totum & bene Rol. à Vall. d. conf. 99. n. 6. vbi concludit, quod quotiescunque aliqua lex seu reformatio edita a Principe non fuit recepta, nec moribus vtenitum approbata, qui legem illam non fertur, non dicitur ipsius transgressor, videndus est etiam Greg. Lop. in l. 16. in glo. el pueblo, tit. 1. par. 1.

Sed est differentia fit inter leges & statuta, quia ill. iuris communis Regni si recipiantur a populo raeite vel expresse, debet seruari, licet non probeatur earum vsus, quia lex semper est in viridi obseruantia, vt in d. l. Arriani: Statuta v. populorum ultra receptio

receptionem requiruntur vsum vt supra probatum est. Et de his statutis seu ordinationibus approbatis potest secundo intelligi d. c. 17. correctio- rum, dum precipit correctioibus seruate statuta villa vel ciuitatis, quae fuerint bona vel de confirmatis per superiorem, & d. l. 13. sit. 7. ordin. supra relata.

11 Ex qua t communi opin. & l. Regia approbata infero, quod cum alleganti l. fori incumbat onus probandi esse vtilitas, non vero neganti eam vsum, & hic vltus probetur, etiam si testes non dicant nec concludant de diuturnitate temporis nec de actibus, sicut requiritur in consuetudine, vt tradi optime Rod. Suar. in proem. leg. fori, vbi limitat duob. modis d. l. 1. Taur. in quibus non est necessarium probare vsum. Primo, quando vltus legis est notorius, puta, quod lucra soluto matrimonio diuidantur. Secundo, quando casus l. fori nunquam, aut raro accidisset (nedom in ciuitate, sed nec in Regno, secundum Greg. Lop. in l. 7. gl. Paladin. in fin. sit. 1. part. 1.) quia cum tunc non possit probati vltus, sufficit probare saltem ex fama & praesumptione, quod testes non recordantur tale negotium vidisse in ciuitate, eadem omnia dicenda sunt & tenenda in statutis ciuitatis vel villa, sc. vt eorum vsum alleganti incumbat onus probandi, esse vtilitas, non vero hoc neganti, praeterquam in duobus, casibus supra positus per Rod. Suar. Et quod vltus statutorum probetur etiam eodem modo, quo probati dicit Rod. vsum legum fori, & statuta ciuitatis vel villa aequiparentur in hoc per d. l. 1. Tauri, vt vltus est. Igitur eadem debet esse iuris dispositio in vtriusq. per reg. iuris vulgarem, quae de aequiparatis loquitur. Sed exemplum primi casu suprad. non placet, quia quod lucra constante matrimonio quaesita diuidantur inter coniuges alius legibus. Regis ordinationi confirmatum est, vt probat Burgos de Paz, in d. l. 1. Taur. n. 133, vbi n. 156 & seq. late agit de secundo casu & limitat. Roder. Suar. supra relata, & tandem probat contrarium, & refert alias limitat. & n. 172. & seq. latissime agit pro & contra de opin. Roder. Suar. supra relata circa modum probandi vsum.

13 Supradicta tamen t in hoc secundo casu de vltu statutorum possunt limitari in statutis, quae sunt a populo propter bonam gubernationem, & propter exigentiam publicam, vt contingit in vicualib. & similibus. Quia haec si sunt bona, iusta & conuenientia Reipublicae, cum secum afferant iustitiam & necessitatem vltus, statim custodiri & obseruari debent absque vltus probatione, per ea, quae supradicta sunt in primo casu huius cap.

Hinc suscinetur vltus quotidianus, quem videmus, mandatorum pro bona gubernatione, quae sunt a conciliis ciuitatis vel villa quotidie, nam statim quod publicantur iubentur custodire & custodiuntur, quorum vltus non probatur, nec potest probari cum sint de recenti condita & ordinata.

14 Et an index t teneatur de necessitate seruare statutum licet non sit in iudicio productum (intellige in casibus, in quibus debet seruari, secundum supradicta.) videndus est omnino Auiles in proem. c. pratorum, in gl. en los casos, n. 12. fol. 17. col. fin. vbi sequitur distinct. Bart. in l. omnes populi, n. 67. ff. de iust. & iur. & aliorum, quos refert, quae est huiusmodi. Quod si litigo in vna ciuitate, & volo fundare intentionem meam ex statuto alterius ciuitatis, debeo illud statutum producere,

aut volo fundare intentionem meam ex statuto eiusdem ciuitatis, & sunt statuta publice nota in volumine statutorum inserta, & illa non oportet produci, aut sunt statuta non sic publice nota sed extraneantia, & illa debent produci cum quis possit ipsa probabiliter ignorare, sicut est in consuetudine. Et hanc doctrinam Bart. sequitur & declarat ibi Ioan. Orosc. num. 204. cum seq. Vide etiam Mont. in l. 1. sit. 7. lib. 1. for. in gl. en el conejo, colum. 2. vbi idem ipse Bald. dicit, quod statuta ligant, ex quo sunt in archiuo publico, & communiter habetur ipsorum copia licet non appareat, quod fuerint publica vel reformata.

Adde quod index, t qui iuravit seruare statuta loci, tenetur de necessitate sequi statutum loci illius, & secundum illud pronuntiare, licet non sit allegatum nec productum in iudicio: licet secus sit in consuetudine, & in statutis extraneantibus non positus in volumine statutorum, secundum Paris. de Put. in vr. de syndic. in verb. statutum, n. 5. & 7. vol. 2. tract. fol. 424.

Hic sic praehabitis, t est addendum, quod iuramentum de seruando statuto ecclesiae, tam edita quam edenda, non extenditur ad statuta moribus vltentium non recepta, vel per contrarium consuetudinem abrogata, secundum Bald. in pral. feud. col. 5. vers. item nos dicimus: cuius ratio allumi potest, ex l. fin. C. de non numer. pecu. & ex his quae late circa eius intellectum diximus sup. c. procedenti, quia iuramentum debet intelligi secundum naturam actus, super quo interponitur & recipit illas conditiones, limitationes, interpretationes & exceptiones, quae recipit principalis dispositio, vt supra cap. preced. dictum est, & tradit etiam Rol. a Vall. conf. 70 n. 10. l. 2. Sed de natura statuti humani est, vt non seruetur nec eo decidatur licet & causis, nisi probato eius vltu, vt in d. l. 1. Taur. cum supra dictis latius. igitur iuramentum dictum sic generaliter praestitum de seruandis statutis ecclesiae, intelligi debet secundum ius, sc. de statutis vltitatis vel non abrogatis contrario vltu. Et hanc Bald. opin. sequitur Rol. a Vall. d. conf. 99. n. 7. vbi ad hoc allegat gl. singularem Bart. & ceteros, in l. si quis priore, ff. ad Trebell. vbi confirmatio statutorum non extenditur ad statuta non recepta, vel alias abrogata, quia amplius non sunt statuta. Et allegat etiam Alexand. & Gozad. ad hoc, vt idem sit in statuto moribus vltentium recepto, quod per contrarium vltum decem annorum exstinctu fuit, & hoc procedere secundum ipsum Gozad. & alios quos refert, nedom ad tollendam l. ciuilem, verum & canonicam. Hanc etiam illat. tenet & sequitur alios allegans Auiles in proem. c. pral. in gl. en los casos, n. 10. fol. 17. dicens, quod si index iuravit seruare statuta, intelligitur de statutis, quae sunt in vltu, non de illis, quae sunt sublata consuetudine, & sic quae non sunt in vltu, vt in l. 2. sed quia, C. de vet. iur. enuch. & allegat tenentem Paris. de Put. & Ang. in d. l. omnes populi, in fin. dicentem, quod qui iurat seruare statuta & consuetudines, non omnino tenetur seruare, nisi laudabiles & praescriptas, secundum Innoc. in c. dilecti, de maior. & obed. & iterum repetit dictum Angel. & Innoc. idem Auiles c. 17. pral. in gl. beneas, vbi allegat quaedam iura generalia pro eis, tradit Burgos de Paz. in l. 1. Tauri, n. 365. & seq. fol. 118. dicens, quod iurans seruare leges Regias, intelligitur de receptis & vltu non abrogatis.

Et

15 Et hunc casum tiam habui ego in practica in quodam processu ad me delato, vt in eo sententiam diffinitiuam darem tanquam assessor iudicum, del regimieto, lociotum iudicis ordinarij reuocati. Accubatur quidam custos montium huius ciuitatis, eo quod denuntiationes contra statuta & ordinationem huius ciuitatis delinquentium sine indebitum facientium, non attulisset ad Correctorem huius ciuitatis singulis quatuor vel tribus mensibus, iuxta formam cuiusdam ordinationis huius ciuitatis, vt delinquentes punirentur: allegabaturque contra ipsum, custodem esse peritum, & amisisse salarium dicti officij, eo quod tempore, quo suscepit & acceptauit dict. officium iuravit seruare in eo ordinationes sine statuta huius ciuitatis, inter quae erat illud, quo praecipiebatur, vt singulis tribus vel quatuor mensibus, custos montium afferretur ad iudicem huius ciuitatis denuntiationes ad se factas coram iudicibus ruralibus, sub poena infamiae & amissionis salarij exsilii- que. Ipse reus probauit, sibi non lectam fuisse ordinationem supradictam, nec ad sui notitiam petuenisse, & quod nunquam fuit vltu approbata, quinimo probauit recte contrarium eius vltum, & praeterea praestitit dict. iudici denuntiationes quas in dicto officio fecisset coram iudicibus ruralibus, licet eas non produxisset tempore contentio in praedict. ordinatione, probauit tamen eas se produxisse in tempore vltato, & ante, & insuper suam bonam famam, & vltum fuisse officio illo recte fideliterque, & melius alius cuiuslibet praeteritis. Ipse cum huius processus merita & iustitiam causae cum correctore reuocato conferens, sicut moris est, allegauit ei supradicta, quae sunt expressa, meo iudicio, in proposito, scilicet, quod iurans seruare statuta, non teneatur seruare illa quae sibi non productur nec ostenduntur, praecipue si ea ignorat: tum praeterea, quod etiam si sibi exhibita forent & lecta, adhuc non teneatur seruare, quae vltu approbata non sunt, nec illa quae vltu contrario sunt abrogata, sicut in proposito contingit, praecipue cum ex parte accusatoris non fuisset probatum statutum illud esse vltatum, imo licet id intendit, probare non potuit, dictus Corrector (aliquo forsitan priuato respectu, quod non affirmo) noluit concedere supradictis. Quo viso, ego sententiam meam firmavi, qua protuli dictum custodem esse absolendum, & eum tantum condemnauit in expensis processus iuste factis, & hoc quia debuit videre praedict. ord. nationes huius ciuitatis, quandoquidem eas se seruare iuramento promisit tempore, quo suscepit officium, licet in peritium nec aliam poenam non incurrisset, per supradicta: index vero ordinarius condemnauit dictum custodem in amissione salarij, & vt fertur, in quodam exilio voluntario. Me tamen non poenitet, supradict. meam sententiam, vt dixi, protulisse, quia exiitimo eam iustam & iuri conformem fuisse per suprad. omnia quae sunt summopere notanda in practica.

16 Ex supradictis t inferitur in proposito, quod tradit Ioan. And. in Nouell. in cap. 1. de his, quae sunt a mai. parte cap. vbi ait, quod si canonici iurant seruare statuta, intelligitur, quousque durabunt, & possunt statuta reuocare & non sunt perituri, cum de natura ipsorum statutorum sit, quod reuocari possunt, sicut testamentum, vt per

Bartol. & Dd. in l. omnes populi, num. 32. & 33. digestis de iust. & iur. communiter approbatur, vt infra dicam, in 2. part. cap. 1. num. 4. & est text. in c. cum accessissent, de consis. Hanc illationem sequitur Auiles in d. cap. 17. prator. in gloss. las bara, num. 2. 1. vbi in fine, d. gloss. addit etiam, quod si omnes de consilio iurauerunt seruare statuta, possunt ea pro bono publico reuocare sine metu peritij, quia iuramentum intelligitur dum statuta, fuerint statuta, id est, non fuerint reuocata. Si tamen iurassent non reuocare, tunc bene essent perituri reuocando ea, nisi habita esset consideratio statuti tanquam a causa finali, quia tunc defectus causae finalis excusat a peritio secundum Montalquem ibi refert, & in d. num. 2. late agit, an statuta facta per populos concessione Regis per illum text. possint postea reuocari. Et distinguit vt ibi per eum. Et circa d. illationem de statuto iurato facto a ciuibus, an possit tolli, mutari & reuocari per eoldem, videndus est praeterea late Gand. in tract. malef. in rub. de obseruat. stat. num. 18. fol. mibi 218. colum. 3. & 4.

SVMMARIVM.

- 1 Obligatus ad factum, non tenetur praesice facere, sed liberatur soluendo interesse.
- 2 Interesse, quod succedit in obligationibus facti, potest peti iure actionis.
- 3 Obligatus ad factum, liberatur praestando interesse, etiam si in obligatione sit adiecta clausula rato manente pacto.
- 4 Obligatus ad factum, de iure canonico cogitur facere, nec liberatur praestando interesse.
- 5 Obligatus ad factum, de iure Regio praesice cogitur facere, nec liberatur praestando interesse, nisi in casibus specialibus hic positus.
- 6 Obligatus ad factum, qui iuravit promissionem suam, praesice est cogendus facere.
- 7 Emptor tenetur stare colono, si pro securitate locationis iuramentum intercedat cum hypotheca bonorum.

CAPVT XXXIX.

De obligatis ad factum.



OBLIGATUS t ad aliquid faciendum, non tenetur praesice facere, sed liberatur soluendo interesse: text. in l. stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus, ff. de verb. obligat. cuius verba sunt haec: Celsus ait, posse dici iuxta estimationem facti dandam esse petitionem. Idem etiam probat text. in l. si quis ab alio, §. fin. ff. de re iudic. per quae iura ita tenet Bartol. reproband. gl. ibi contrariam, in leg. vnic. n. 28. in vers. item esset, C. de sententia, quae pro eo quod interest, & c. Et ibi Curt. num. 60. dicit communem, qui aliquo modo vult defendere contrarium, tenet etiam Bart. in d. l. stipulationes non diuiduntur, in princip. quast. 8. & ceteri omnes hanc etiam opin. per d. vers. Celsus, sequitur & dicit communem plures referens Ant. Gom. 2. rom. c. de individuis, num. 22. vbi bene agit & limitat aliquibus modis.

Et aduerte, t quod hoc casu potest peti interesse iute actionis, vt probat text. in d. vers. Celsus, ibi iuxta estimationem facti dandam esse petitionem.

per quem text. ita tenet Bartol. in d. l. vnic. num. 28. in princip. cuius opinio est communiter approbata, secundum Rebuff. ibi super gloss. in aliis, num. 1. & Ioan. Igne. in l. quatuor. ff. de reg. iur. num. 31. & Ang. in §. actionum. n. 26. Infit. de act. dicit communem Curt. in d. l. vnic. num. 6. & Abb. in c. cum venerabilis, num. 18. de except.

3 Amplia primam communem, et etiam si adiciatur clausula, rato manente pacto, secundum Bald. in l. si de fundo. 2. de iura. C. locat. qui allegat l. si fundus. ff. de iur. iur. Greg. Lop. in l. 34. in gl. a todo, tit. 11. part. 5.

4 Sed de iure canonico qui facere promisit, precise facere cogitur, argum. text. in c. 1. in cap. qualiter, de pact. ut pluribus huius opinionis Dd. relatis, dicit & sequitur Couar. de pact. in 6. part. 1. §. 4. n. 6. contra Ioan. Andr. & Fel. qui tenebat etiam de iure canonico promissorem facti liberari prestando interesse, nec cogendum esse precise facere, per text. in c. dilecti, de arbit. cui text. respondet Couar. ideo ibi non cogi quem precise ad factum, sed liberari praestatione pecnia, quia alternativae censetur obligatus ad factum vel ad penam, quia facere sub pena promisit. Pro quo ipse bonum text. confidero in l. qui fidem, & que ibi notant gl. & Dd. ff. de transact. §. l. 34. tit. 11. part. 5. Hanc ead. opin. quod de iure canonico obligatus ad factum, si adimplere potest, precise possit compelli ut faciat, tenet alios allegans Gregor. Lopez in l. 3. in gl. pudesse hanc, ad fin. tit. 14. part. 5. Et ita est tenendum, quamvis contrarium tenet etiam D. Hieron. Zanetti in tractat. de different. vtriusque iur. differentia 66. num. 121. volum. 1. tract. diuer. Dd. fol. 179.

Faure etiam causa pra obligatus ad factum tenetur precise facere, nec liberatur praestando interesse, per in l. qui Roma, §. Flavianus, qui text. loquitur in libertate, ff. de verb. oblig. & ibi Dd. quos refert & sequitur Tiraq. de privileg. causa pra. privileg. 122.

5 Iure tamen pro nostro Regio est dubium, an obligatus ad factum, precise sit cogendus facere vel liberetur praestando interesse? Nam videtur quod communis opinio suprad. de iure communis, sit correcta de iure Regio, & quod eo attentio obligatus ad factum, cogatur precise adimplere, si possit facere, primo per l. 13. tit. 11. part. 5. vbi probatur, quod obligatus ad dandum vel faciendum, debet per iudicem loci cogi, ut adimpleat. Nota verba, de iure apremiar que lo cumpla luego, quia hoc expresse denotat praefatum coactionem. Secundo pro hac ead. opin. est l. 35. eodem tit. 11. par. 5. vbi probatur, quod obligatus ad dandum vel faciendum aliquid sub pena, tenetur alterum facere, vel dare vel facere, vel pena solvere ad electionem stipulatoris. Ergo si stipulator velit quod promissor faciat sicut promissit, cogendus est facere precise, licet de iure communi in illo de electione aliquid esset dispositum, secundum communem opin. vt aduertit Greg. Lop. ibi in gl. qual mas quisere. Tertio pro hac opin. videtur alia lex Regia 3. tit. 14. par. 5. in vers. Otrosi dezimos, vbi probatur, quod si obligatus ad factum non possit illud facere modo quo promissit, debet illud per equipollens adimplere ad arbitrium boni viri, & ultra id tenetur solvere alteri parti damnum & praediciam, quod ei superuenit ex eo, quod non adimpleverit sicut promissit. Ergo a contrario sensu (quod argumentum est fortissimum in iure, innuit lex illa) quod

si potest facere, cogitur precise facere, & non liberatur soluendo interesse, quod etiam alia inductione probatur in d. l. 3. Nam si liberaretur soluendo interesse etiam eo casu, quo posset facere, lex illa non eum obligaret in casu impotentia ad faciendum alio modo arbitrio iudicis ultra damna & interesse, vt expresse lex obligat, qui alias in plus teneretur & compelleretur, qui non posset factum adimplere, quam qui posset: quod non est dicendum, quia est contra ius. Igitur obligatus ad factum tenetur precise implere, & ad id cogendus est si potest facere. Quod etiam probatur in d. l. 34. tit. 11. part. 5. in vers. Otrosi dezimos, el 2. ibi, que el puede demandar lo que le fue prometido contra los danos, y los menoscabos que recibio, por razon que no cumplio aquello que prometio. Ergo tenetur precise adimplere ultra damna & interesse. Probatur etiam in ead. l. ad fin. ibi. Pero si aquel que hizo la promission, quisere luego comencar a cumplir lo que auia prometido en ante que respondiese al otro en iuxta, deue ser cobido, e si lo cumpliere, entonce no seria tenido de pebiar los danos, ni los menoscabos que de suyo diximos. Ergo ecce quomodo aliter non admittitur in iudicio obligatus ad dandum vel faciendum, nisi adimpleat promissum: quod si quidem faciat antequam respondeat (hoc est iure contestetur) satisfactum & non tenetur ad damna & interesse, alias fecus, & ad vtrumque tenetur. Certe ha leges Regie manifestissime videntur probare hanc opin. contra communem, & sic opinio communis supradicta corrigitur hodie illis legibus, & ita inuenio quod tenet expresse Greg. Lop. in dist. leg. 3. in gl. pudesse facer, per totum. Quarto pro hac eadem opinione allego l. 4. tit. 17. part. 3. vers. Et si la sentencia, cuius verba sunt haec: Et si la sentencia fuisse dada contra el demandado en razon de alguna cosa que deuieste fazer, deuelo apremiar que lo haga, as si como fue puesto, o lo prometio. Ecce ergo l. expresse probantem, obligatum ad factum, compellendum esse facere sicut promissit. Nota verbum deuelo apremiar, & ita text. ille constat eadem inductione, qua dist. l. 13. tit. 11. part. 5. Sed inuenio quod Antonius Gomez. in dist. 2. tom. cap. 10. de inuid. num. 22. inquit communem opinionem supradictam non corrigi per dist. leg. 4. tit. 27. part. 3. quia debet intelligi secundum ius commune, scilicet quod compellatur facere, alias solvat interesse. Sed intellectus mihi non satisfacti, quia illa lex dicit, deuelo apremiar a que lo haga, as si como fue puesto, o lo prometio. Pondera primo verbum, deuelo apremiar, quod non admittit supplementationem Antonij Gomez vbi supra, quia text. in d. vers. Celsus, qui de iure communi probat, obligatum ad factum, liberari praestando interesse, non loquitur his verbis, sed aliis coactionem non significantibus hoc modo, Celsus ait, posse dici iuxta a estimationem dandam esse petitionem. Secundo pondera verba statim sequentia illius l. simul cum praecedentibus, scilicet Deue lo apremiar, que lo haga, as si como fue puesto, o lo prometio. Ecce ergo l. expresse praecipientem pro forma, vt obligatus ad factum compellatur facere sicut promissit. Ergo alio modo no admittitur, quia quando lex aliquid requirit pro forma, debet illo modo adimpleri, & non sufficit si adimpleatur per equipollens, vt sunt iura vulgaria, & dixi in repet. l. nemo potest, in prin. ff. de legat. 1. Non obstat etiam si secundo modo respondeatur illi l. Regia, scilicet quod loquatur

in obligato ad factum per sententiam, vt constat ex ipsa libid. Et si la sentencia fuisse dada contra el demandado en razon de alguna cosa que deuieste hazer. Quo casu etiam de iure communi tenetur condemnatus, potest & debet compelli precise, vt faciat, vt in l. qui restituere, & ibi gl. & Dd. digest. de rei vendic. & tradit Ant. Gom. vbi supra, versicul. quintus casus, & Roder. Suar. in l. post rem indicaram, in 3. extensione, digest. de iudic. quia satisfacio huic responsioni, quod lex illa Regia non solum loquitur in condemnato per sententiam ad factum, prout loquitur in sui. 1. par. sed etiam in promittente facere, vt constat ex ead. l. statim, ibid. o lo prometio. Et ita nullo modo, saltem bono, meo iudicio, potest responderi illi legi nec ceteris supra allegatis, quod minus corrigant communem opin. supradictam probatam in d. ver. Celsus, & ita teneo per illas leges Regias cum Gregor. Lop. esse correctam illam communem opin. & hodie iure Regio non procedere, sed tenendum esse, quod obligatus ad factum, debeat precise compelli ad faciendum, si potest facere, & si non satisfactum, nec liberetur soluendo interesse, quamvis Greg. Lop. vbi supra sic non declaret. Eand. sententiam nouissime probauit Matienco in l. 2. tit. 16. lib. 5. non collect. Reg. glof. 6. n. 2. notans eam l. ibi pro hac parte secundum vnam lecturam, & Ioan. Grae. alios allegans in reg. 184. n. 3. Et ita vidi aliquando praecitari in istis ministrabilibus, qui obligantur ad faciendum aliquid opus sui officij, nam si id non adimplent, & altera pars petat, incarcerationem per indices, donec adimpleant promissa vel satisfactum alteri parti de adimplendo. Si autem parti petenti nihil magis interesset in adimplimento praefato facti, quam in solutione eius quod interest ob non implementum factum promissum, idque notorie constat, & obligatus offert cum effectu interesse, allegans difficile sibi fore adimplere precise, non video, saltem attentae aequitate, cur permittere debeat iudex, vt hic debitor satisfactum non videatur. Et hoc casu censentur equidem esse limitandas dictas leges Regias, quia videtur creditor hoc casu esse in malitia aliud petens.

Secundo limitatur, quando promissor non potest facere, vt in d. l. Regis probatur, & supra, quoque dictum est.

6 Si tamen obligatus ad factum iuravit promissionem suam, tenetur precise, & ad id compellendus est etiam de iure communi absque dubio. Ita tenet gl. in l. si pecuniam, digest. de cond. causis, dat. in verb. necesse habere, dum dicit, vt quia iurasti, quam testatur communem l. ibi, num. 23. & est similis glo. in c. ex literis, el 2. verb. sub iuramento, de sponsalib. Abbas c. fin. per text. ibi, ne praelat. vices suas, dicit communem idem l. in l. quoties, num. 36. C. de rei vendic. & idem l. in l. si infulam, num. 35. ff. de verb. oblig. & Curt. in l. 1. num. 10. ff. si quis in iur. voc. non iur. & idem in l. 2. §. 1. num. 35. ff. si cert. per. sequitur plures allegans Boer. cons. 14. num. 9. vbi inquit, quod iuramentum compellit precise ad factum, ita quod non euaditur peritium soluendo interesse. Hanc dicit communem, solidiorem & vertiorem Gom. in §. item si quis postulante, num. 7. de actionib. vbi eam bene probat & defendit: & hanc opin. testatur communem eam sequens & bene probans & defendens ab impugnationibus aliorum tenentium contrarium, Couar. de pact. in 6. part. 1. §. 4. n. 6. Communem quoque testatur Anton. Gom. 2.

tom. cap. 2. num. 20. eolum. 5. illius num. versic. 5. principaliter, & in cap. de inuid. num. 22. versic. quarto casus, & addit. Abb. in cap. 1. num. 11. littera E. de iudic. dicit etiam communem alios allegans Auend. in c. 2. prator. n. 4. fol. 22. col. 4. hanc etiam dicit magis communem plures Dd. referens & eam late probans & defendens Roland. a Vall. consil. 6. num. 32. & seq. lib. 1. quam etiam tenet Syluest. in sua summa verb. iuramentum, el 4. num. 21. licet existimet communiter Dd. tenere contrarium, sed fallitur. Nam communis opin. hoc tenet, vt videtur. Hanc etiam testatur magis communem opin. glof. & ab ea non esse in iudicando recedendum, D. Hieronym. Zanetti in tractat. de different. vtriusque iur. differentia 67. num. 125. vol. 1. tractat. fol. 179. vbi pro ea allegat bona iura, scilicet e. debitoris, de iure iur. cap. ex literis, cap. commissum, de sponsalib. c. breui, de iure iur. per locum ab speciali, & in c. fin. ne praelat. vic. suas, & in l. si quis maior, C. de transact. & bene responderet ad regulam l. fin. C. de non num. pec. scilicet, quod iuramentum non erat praefatum, habebat tacitam conditionem a lege: sed in casu nostro iuramentum erat praefatum secundum verba, ideo obseruandum: item quia interesse non venit ex natura primordiali obligationis faciendi, sed ex accidentali propter moram, vt in iurib. supra allegatis, in princ. huius cap. Eand. gl. in hoc sequitur & bene probat plures allegans & dicens, quod hanc partem tenent communiter Canonista & Legista, Ant. Corlet in rub. de iure iur. num. 26. & duob. seg. volum. 5. vbi fol. 15. & est communiter approbata glo. illa, secundum Marant. disputat. 7. num. 1. fol. 730. vbi allegat Corlet. vbi supra & alios plures, sequuntur etiam alij relati per Ferdin. Loazes in allegat. iuris pro Marchione Velez, in 6. fundamenta pro parte oppidi de Mula, num. 2. pag. 56. Testatur magis communem plurimos referens Anton. Gabr. lib. 2. commun. opin. concl. 8. pag. 120. vbi duob. modis limitat.

Ex qua tamen communi opinione inferitur, quod licet emptor non teneatur stare colono regulariter, vt in l. emptorem, C. locat. si tamen pro securitate locationis iuramentum intercedat cum hypotheca bonorum, tunc vigore iuramentum possit conductor precise petere sibi locationem obseruari, vt alios allegans tradit Ant. de Fano de pignor. 2. parte princip. in princ. num. 9. dixi in repetit. l. nemo potest, numer. 25. digest. de legat. 1. Possunt etiam supradicta plura ex supradicta communi opinione, que sunt dicta in capitulis praecedentibus, & dicuntur in inferioribus, ideo ea hic omitto.

SVMMARIVM.

- 1 Tutor licet iure communi possit a pupillo emere palam & bona fide iure tamen Regio non potest sub certis penis.
- 2 Lex 4. tit. 1. part. 5. in versicul. pero dezimos, ibi, fueras ende, an corrigatur per leg. 23. tit. 11. lib. 5. non. recopil. Reg.
- 3 Venditio facta a minore in fauorem sui administratoris an iuramento confirmetur, & num. seq.
- 4 A Bis qui non est contra bonos mores naturales, civiles tantum, an firmetur iuramento.
- 5 Lex potest per circuitum tollere vires iuramenti, hoc est, praesumendo fraudem & simulationem.